

R E C. nullum.

S E M. unicum, ovatum, utrinque acuminatum, a putaminis impressionibus varie rugatum & scrobiculatum, rufescens.

I N T. simplex, tenui, membranaceum.

A L B. semini conforme, crassiusculum, carnosum, album.

E M B. magnitudine fere albuminis, inversus, lutescens. *Cotyl.* ellipticæ, foliaceæ, tenuissimæ, transversum sigmoideo flexuosæ. *Rad.* teretiuscula, brevissima, supera.

a.) Drupa in aqua emollita. b. B.) Eadem exsiccata, rugosa. C.) Putamen a parte anteriori denudatum. D.) Idem transverse sectum. E.) Ejusdem sectio longitudinalis cum seminis figura & situ. F.) Albumen transverse sectum. G.) Idem longitudinaliter apertum, cum situ embryonis. H.) Embryo separatus.

ANTIDESMA Ghæsembilla. ibid.

Grossularia zeylanica major Ghæsembilla zeylonensis dicta. BURM. zeyl. II2.

Ribesoides. LINN. fl. zeyl. n. 403.

Ghæsembilla. zeylon. E collect. sem. hort. lugdb.

Fructus per singula puncta priori similis, sed dimidio fere minor (a. A.) & magis rotundus, nec raro didymus (b. B.) ac duobus ossiculis (c.), scrobiculatis dotatus. Calyx, stigmata & ipse color, ut in præcedenti.

Wælembilla quoque zeylonensium ad hoc genus, minime vero ad Elæagnum spectat; siquidem fructus ejus, præcedentibus simillimi sint, nisi quod caro paucissima & color e spadiceo fuscus; quod autem vel mere accidentale, vel & inde procedere potest, quia fructus ante justam maturitatem lecti fuerunt.

CCXXIX. CHIONANTHUS. LINN. gen. 21.

Calyx quadripartitus. Cor. monopetala, quadrifida, laciniis longissimis. Stam. duo. Styl. unicus. Drupa baccata supera, putamine striato uniloculari.

CHIONANTHUS zeylanica. Tab. 39. fig. 6.

Arbuscula zeylanica cotini foliis subtus lanugine villosis, floribus albis cuculli modo lacinatis. PLUK. phyt. t. 241. fig. 4.

Chionanthus pedunculis paniculatis multifloribus. LINN. syst. veg. 57.

Ghærietagas. zeylon. E collect. sem. hort. lugdb.

P E R. Drupa baccata supera, obovata, glabra, nigricans. Caro, in vetusto fructu, tenuis coriacea. Putamen osseum, tenui, extus striis sex l. octo elevatis filiformibus notatum, intus glaberrimum, uniloculare, evalve.

R E C. nullum, præter fundum drupæ.

S E M.



S E M. unicum, elliptico sphæroideum, spadiceum.

I N T. simplex, coriaceum, tenuie.

A L B. nullum.

E M B. semini conformis, inversus, lutescens. *Cotyl.* ellipticæ, plano convexæ, crassæ, carnosæ. *Rad.* minutissima, globulosa, supera.

*

a.) Drupa integra. b.) Putamen ultra medium denudatum. c. d.) Drupæ sectio transversalis atque longitudinalis. e.) Semen decorticatum. f.) Idem transverse sectum. g. h.) Embryonis cotyledones ac radicula.

CHIONANTHUS Ghæri. ibid.

Ghæri. Zeylonens. E collect. sem. hort. lugdb.

Drupa vetus (a — d.) ovata, utrinque attenuata, sulcato angulata, ochraceo fusca. Cortex fungosus, intus albicans, crassus (c. d.), in angulos sex ad decem, nunc simplices, nunc subdivisos & undulatos, profunde divisus. Putamen sphæricum (d. e.), striis octo elevatis inscriptum, oleum, uniloculare. Semen defuit.

CCXXX. MYRICA. LINN. gen. 1107.

Flores sexu distincti, in separatis truncis. MAS. Cal. tri-l. tetraphyllus. Cor. nulla. Stam- quatuor, l. sex. FEM. Cal. & Cor. ut in mare. Styl. unicus bifidus. Drupa supera, unilocularis. Semen exalbuminosum.

MYRICA cerifera. Tab. 39. fig. 7.

Myrtus brabanticae similis carolinensis baccifera, fructu racemofo sessili monopreno. PLUK. phyt. t. 48. f. 9. CATESB. carol. I. t. 69. SELIGM. av. 2. t. 38.

Myrica foliis lanceolatis subserratis, caule arborecente. LINN. syst. veg. 884.

P E R. Drupa exsucca, supera, parva, ovato globosa, basi quatuor foliolis calycinis munita, supra acuminata, undique tecta substantia farinosa alba, plurimis granulis fuscis duris remixta, quæ una cum ista farina totum drupæ corticem in maturis fructibus efficiunt. Putamen ovato acuminatum, osseum, crassiusculum, uniloculare, evalve.

R E C. nullum; semen areolæ parvæ in fundo putaminis adnatum.

S E M. unicum, cavitati putaminis conforme, venis fuscis & in basi cicatricula alba insigntum, cetera pallide luteum.

I N T. simplicissimum, membranaceum, tenuie.

A L B. nullum.

E M B. semini conformis, inversus, albus. *Cotyl.* obovatæ, carnosæ, plano convexæ. *Rad.* brevissima, teretiuscula, supera.

a. A. B.) Dra-